Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



approbationem pro quibusdam alijs, Sub hoc
Christianno passus est sanctus Colomannus
et ad Coenobium Melicense translatus.

XXXI

BERENGERVS Epus sedit patz annis xxxiij Si- 37.
militer sine pallio Qui anno Dni 1013 Coepit
Hic obtinuit priuilegium super decimis omnibus
in Orientali prouintia a Conrado Imperatore Sancti
Henrici Successore Anno eius secundo Dni vero 1025
Iste Berengerus Ecclesiam patz Competenter Rexit,
plures possessiones pro pecunia Ecclie Comparauit
et prioribus adunauit Sed tn honorem pallij ~~vij~~ vtuti
ipsius Antecessor non Curauit. Officium tn ponti-
ficis in Ecclesiarum consecratione atque alijs in propria
Persona diligenter exequutus est. ~~A~~ 1045.

XXXII.

ENGELBERTUS Epus sedit patauie sine pallio annis 38.
xviij Eligitur Anno Dni 1046 Hic ab Imperatore Henrico
Secundo Jus Venatorium in predio S. Stephani in Comi-
tatu Alberti Marchionis Impetrauit, Ita sane vt
sine eius licentia et Successorum infra predicti foresti
Terminos vetitos presumeret venari qualibet Venato-
rie artis industria, Et omne genus ferarum quod Info-
restatum Jure banni interdicitur 1049. plura etiam
alia, iste Epus, Ecclesie pataviensi Intercessione Agnetis